BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 70r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fortium. de filijs ceciliae in minuendo
Dominus dominus israel locutus est.
Onus Capitulum. xxii.
Quid nam tibi quoque est quia
ascendisti. tu omnis in tecta. clamoris plena. urbs frequens. ci
uitas exultans. Interfecti tui non
interfecti gladio. nec mortui tui in
bello. Cuncti principes tui fugie
runt simul. diuersis ligati sunt.
Omnes qui inuenti sunt uincti
sunt pariter. procul fugierunt. Ap
ter hoc dixi. Recedite a me. amare
flebo. Nolite insistere ut con so
lemini me super uastitate filie po
puli mei. Dies enim interfectionis et
conculcationis. et pauorum a domino de
exercitum in uallee uisionis. ferien
tes murum. et magnifice super
montem. Et helam sumpsit phare
tram. currum hominis equitis. et
parietem nudauit clypeo. Et erunt
electi ualles tue plene quadrigis.
et equites ponent se se suas in por
ta. et reuelabit operimentum iude. Et
uidebis in illa die armamentum do
mus saltus. et seissuras ciuitatis
dauid uidebis. quia multiplicate sunt.
Et congregaste aquas piscine in si
lo. et domos israel numeraste. et de
struxisti domos ad muniendum
murum. et lacum fecisti inter duos
muros. et aquas piscine veteris.
Et non respexisti ad eum qui
fecit eam. et operatorem eius de lon
ge non uidisti. Et uocauit dominus
deus exercituum in die illa ad plan
ctum et planctum. ad calumnium. et ad cin
gulum sacci. Et ecce gaudium et
letitia. occidere uitulos. et iugulare
arietes. comedere carnes. et bibere uinum.
Comedamus et bibamus. cras
enim moriemur. Revelata est in aures
meis dominus exercituum. Si dimittetur
iniquitas hec uobis donec moriamini. dicit dominus deus exercituum.
Hec dicit dominus deus exercituum
ad me. ingredere. ad eum qui habitat in
tabernaculo. habitat ad sobnam super
ianitorem templi. et dices ad eum. Quid
tibi hic. aut cui quis hic. quia ex
cidisti tibi sepulchrum. excidisti in ex
celso memoriam. diligens in petra
tabernaculum tibi. Ecce dominus
asportari faciet te. sicut asportat
gallus gallinaceus. et cui amictum fo
lietabit te. Coronans coronabit te
tribulatione. et cui pilam mittet
te in terram latam et spatiosam. Ibi
morieris. et erit ibi currus gloriae
tue. ignominia domus domini
tui. et expellam te de statione tua.
et de ministerio tuo deponam te. Et
erit in die illa. uocabo seruum meum
eliachim filium helchie. et induam
illum tunica tua. et cingulo tuo fo
tabo eum. et potestatem tuam dabo
in manu eius. Et erit qui pater habi
tabit in iherusalem. et domui iuda. Et dabo da
uid domus dauid super humerum
eius. et aperiet et non erit qui claudat.
et claudet et non erit qui aperiat. Et
figam illum paxillum in loco fideli.
et erit in solium gloriae domui patris
sui. Et suspendent super eum omnem
gloriam domus patris eius. nepotes
diuersa genera. omne uas pusillum.
a uasis craterarum usque ad omne uas
musicorum. In die illa dicit dominus
exercituum. auferetur paxillus
qui fixus fuerat in loco fideli. et fran
getur et cadet. et peribit quod pependerat
in eo. quia dominus locutus est.
Onus Capitulum. xxiii.
Tyri. Ululate naues maris quia
uastata est domus in